


LITTERAE APOSTOLICAE

Nos,
vota Fratris Nostri
Stanislai Gądecki,
Archiepiscopi Posnaniensis,
necnon plurimorum aliorum Fratrum in Episcopatu
multorumque christifidelium explentes,
de Congregationis de Causis Sanctorum consulto,
auctoritate Nostra Apostolica
facultatem facimus ut
Venerabilis Servus Dei
Stanislaus Papczyński, presbyter,
conditor Congregationis Clericorum Marianorum
sub titulo Immaculatae Conceptionis Beatissimae Virginis Mariae,
qui suffragii orationi pro defunctis se dedit atque populi christianae institutioni,
Beati nomine in posterum appelletur,
eiusque festum die duodevicesima Maii
in locis et modis iure statutis
quotannis celebrari possit.
In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die duodecimo mensis Septembris,
anno Domini bismillesimo septimo, Pontificatus Nostri tertio.



Benedictus PP. XV.